Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

baal quadringentos quinqua
ginta prophetas luceri qui
comedunt de mensa iezabel
Misit ergo ahab ad omnes filios israel
et congregauit omnes prophetas
in monte carmeli. Accedens
autem helias ad omnem populum
ait usque quo claudicatis in
duabus ptes. Si dnus est deus
ite eum. Si autem baal sequimini
illum. Et non erat qui ei responderet
Et ait rursum helias ad plm
Ego remansi propheta dni solus
prophete autem baal ccc.ti et l.
viri sunt. Detur nobis duo
boues. et illi eligant sibi unum
bouem et in frusta cedentes
ponant super lignum ignem autem non
supponant. et ego faciam bouem
alterum et imponam super lignum
ignemque non supponam. Inuocate
nomina deorum vestrorum et
ego in nomine domini
et deus qui exaudierit per ig
nem ipse sit deus. Respondens
omnis plus ait. Optima pro
cio est hoc quod locuti es
helias. Dixit ergo helias
prophetis baal. Eligite vobis
bouem unum et facite primi
quia vos plures estis et inuo
cate nomina deorum vestrorum ignem
ueque non supponatis. Cum
ergo tulisset bouem quem dede
rat eis fecerunt et inuoca
bant nomen baal. De mane
usque ad meridiem dicentes
Baal exaudi nos. Et non
erat vox nec qui responderet
Transiebantque altare quod
fecerant. Cumque iam esset me
ridies illudebat eis helias
dicens. Clamate voce maio
re deus enim vester forsi
tan loquitur aut in diuerso
rio est aut in itinere aut
forte dormit non expergetur
Clamabant ergo voce mag
na et incidebant se iuxta
ritum suum cultris et lanceolis
donec effundent sanguinem
Postquam autem transiit meridies
et illis prophetantibus venit
tempus quo sacrificium offerri
solet nec audiebat vox
neque aliquis respondebat nec
attendebat orantes. Dixit
helias omni plo. Venite
ad me. Et accedente ad se
plo reuauit altare dni quod
destructum fuerat et tulit
xii lapides iuxta numerum tribu
um filiorum iacob ad quem factus est
sermo dni dicens Israel erit
nomen tuum et edificauit de
lapidibus altare in nomine dni
fecitque aque ductus qui per
duas arunculas in circuitu
altaris et apposuit lignum et
ait Implete iii.or ydrias
aqua et effundite super ho
locaustum et super lignum. Rur
sumque dixit Etiam secundo hoc
facite. Cum autem fecisset et
tertio ait. Etiam tertio id ipsum
fecerunt. Currebatque aque circa altare
et fossa aquaducti repleta
est. Cumque iam tempus esset vt
offeretur holocaustum accedens
helias propheta ait. Dne deus
abrahae isaac et israel hodie
ostende quia tu es deus israel
et ego seruus tuus et secun
dum tua feci omnia verba hec
Exaudi me dne exaudi
me vt discat plus iste quia
tu es dnus deus israel et tu